

1620 febr. 13

ORATIO POETICA

DE

LIBERRIMA  
DIVI FRIDERICI, COMITIS  
PALATINI AD RHENVUM;  
ET ROM. IMPERII ELECTORIS, Etc.  
IN REGEM BOHEMIÆ  
ELECTIONE.

*In frequentissimo Auditorum confessu*

debitæ GRATULATIONIS ergò

*Devotissimâ & subjectissimâ mente*  
XIII. Februarii

P V B L I C E  
H A B I T A

THOMA SAGITTARIO Philos.  
& J. U. D. P. L. Cæsareo, Gymnasi Elisabethani  
Rectore & Professore, Scholarumq; cætera-  
rum Inspectore.

B R E S L Æ

Excudebat Georgius Bauman

ANNO CHRISTI.

M. D C. X X.

Faint mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.

DE SYMBOLO REGIS NO.  
Faint mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.

F I N I S

SERENISSIMO ET POTENTISSI-  
MO PRINCIPI AC DOMINO

# Dn. FRIDERICO

RÉGI BOHEMIÆ, S. ROM. IMPERII  
ELECTORI,

COMITI PALATINO AD RHENUM,  
DUCI UTRIUSQ; BAVARIÆ, SILESIÆ  
ET LUCEMBURGI,

MARCHIONI MORAVIÆ ET LUSA-  
TIÆ,

COMITI VELDENTIÆ ET SPAN-  
HEIMII, &c.

Domino meo clementissimo

*hanc qualemcumq; Orationem  
Panegyricam*

*humilimâ manu & devotissimâ  
mente*

*offero*

*Agittarius.*



*Cabinet  
Blanko-Polyski*

80039/18 GSt



**T**E, Divum sanguis, Rex, ô FRIDERICE, canemus.  
Et merito: Nostros tu spondes otia Musis,  
promittisq; novum post tristia nubila Solem,  
& grata reditu felicia tempora pacis.

Cetera quæ vacuas tenuerunt carmina mentes?  
Omnia decantata. Quis aut fera praliam, Martis  
aut Bohemorum nescit discrimina, Matrum  
atq; Patrum lacrymas, incendia sacra, rapinas,  
hostis & iratos crudeli in corde furrores?

Quis non hac lacrymans marentibus auribus hausit?  
Quis non indignans animis hac pectore volvit?

Tandem cum tantis discedant tristia curis,  
tandem cum tantis resilecant praliam damnis,  
cessent arma, lues, Furiarum & quicquid ubiq; est.

Lata paro, latis fas est assvescere dictis,  
cum fortuna favet, cum non ignobile Fatum  
annuit, & mediis arrident sidera calis.

Primus ego ad magnas lata Silesidos oras  
Aonio latus deducam vertice Musas.

Primus ego Patrios referam, FRIDERICE, favores,  
& Fama templum gratanti carmine ponam  
propter aquas, multis ingens ubi flexibus errat,  
& tenerâ Viadrus prætexit arundine ripas.

In medio cum Regina, FRIDERICE, sedebis,  
augurioq; bono dispones omnia terris,  
& celebrabis ovans patriâ virtute triumphos.

Ipe ego vivaci præcinctus tempora lauro  
dona feram. Iam nunc regales ducere pompas  
ad delubra juvat, facilesq; videre Camanas,  
Vel manibus pansis ut jam Bohemia plaudat,  
& sese Moravis latantibus addat, & inter-  
miscet altisonis Silesia júbila psalmis,

Regis & ante pedes Lusatia proxima saliet.  
In foribus PACEM ex auro solidoq; pyropo  
constituam, victosq; hostes in limine longum  
Orantes veniam curvato poplite ponam.

Pulvereosq; globos sicco Mars gutture linget,  
atq; jacebit humi, & frustra fremet ore cruento  
tercentum nodis post tergum vinctus ahenis.

Tu modo, tu FRIDERICE, fave, nostramq; Thalamis  
rustica sit quamvis patrio tamen aspice vultu.  
Nil altum sine te mens inchoat. Accipe versus,  
quos fundit mens lata tibi, grataq; Camena.

Rumpe moras, audi, Quondam, si vita supersit,  
carmine majores accingar dicere laudes,  
factaq; virtutesq; novis inscribere cedris.

Sic crescent illæ, magis atramen æthere summo  
crescet honos, & se magno conjunget Olympo.

SCILICET HOC REGUM EST PRO MORE FAVERE POETIS,  
Et

A 2

ET

ET STUDIUM LAUDARE PIMM PROMPTOSQ; LABORES,  
CUMQ; SUI SCRIPTAS PROAVORUM DISCERE LAUDES.  
SCILICET HOC VOTUM EST, REGES CELEBRARE POTENTES,  
VIRTUTESQ; VIRUM PARNASSI INSCRIBERE SAXIS,  
GLORIA PERPÉTUIS UT SESE MISCEAT ASTRIS,  
FAMAQ; DÆDALIIS VOLITET SUPER ÆTHERA PENNIS.

Nox erat, & tepido proflabant pectore somnos  
omnia per terras animalia, ubiq; silebat  
latus ager, pecudes etiam, piæq; volucres,  
seu fluuios liquidos, seu cacis horrida dumis  
rura tenent, omnes laxantes pectora curis  
carpebant placidum per corpora fessa soporem.  
Ipsa etiam Eumenides, Lemuresq;, & quicquid in Orco est,  
cum Plutone suis recubabant suaviter antri.  
Non exaudiri gemitus, non sava sonare  
verbera, non stridor ferri tractavè cathena,  
Non Titi rostris crudelis vultus adunco  
immortale jecur tundeat, & addita pœnis  
Viscera, sed sibi requies magis aqua datur.  
Non saxum querulus volvebat Sisyphus ingens,  
Tantalus aversis non jam captabat in undis  
poma, nec indignans epulas ante ora paratas.

At BELLONA gravi jam dudum exæstuat ira.  
Non oculis ullam, non ullam pectore noctem  
accipit, ægredunt cura, mentemq; fatigant,  
ardentesq; coquunt flamma, furor aggravat æstus,  
non secus ac cœstis si fors ferventis aheni  
subjiciat virgulta, fragor sit magnus, & intus  
exundant æstu latices, furis unda crepatq;  
& si vis major non hic obsisteret, audax  
continuo totam spumis disrumperet ollam:  
Sic BELLONA gemens irarum fluctuat æstu,  
BOHEMOSq; exosa fremit, pacemq; quietam  
invidet, atq; intus nunquam placabilis ardet,  
& si non aliqua nocuisset parte, nec ullam  
cladem inferre suis potuisset, rupta perisset.  
Ecce animis tanta sunt Infernalibus ira.

Tum verò aternum servans sub pectore vulnus,  
dentibus infrendens has rupit pectore voces:

Sic menè incepto tandem desistere victam?  
nec posse à campis tranquillam avertere pacem?  
disturbare Lares, flammis absumere tecta,  
BOHEMOSq; omnes celeri disperdere letho  
protinus, aut veteres migrare jubere colonos?  
Quippe vector patriis, sic ajunt, Legibus. Ad me  
quid spectant Leges? Superos Eris una fefellit,  
& movit toto discordia jurgia celo,  
injecitq; choro ambiguo sub nomine pomum:  
At ego, quæ flammis & fulmina naribus efflo,  
quæ totum, roseo qua Sol procedit Eoo,  
Oceani vel qua se lapsus in æquore tingit,  
Orbem sub jicio pedibus, quæ Numina ridens  
bella manu lesumq; gero, quæ nubila rumpo,

atq; inter medios dissemina prælia ventos?  
Hanc unam cogor felicem cernere gentem,  
exeriorq; meis contraria fata querelis.  
Per me bella vigent alio sub sole per orbem,  
& multa scelerum facies, non ullus aratro  
constat honos, lugent ejectis arva colonis,  
& curvæ rigidos falces constantur in enses:  
Inter se rupto vicina fœdere gentes  
arma ferunt, rabidoq; furit Mars undiq; ferro:  
At hi perpetuo tranquillâ pace fruuntur,  
adificantq; aras, & latè dogmata spargunt,  
effrenis Monachus veteri quæ è stercore legit,  
atq; novos simulans templis indixit honores.

Scilicet ut vigeant vanissima somnia cleri,  
summi Pontificis pereat decus omne, verendi  
Prælatiq; suis atro cum pane senescant  
in claustris, mères, pueri, innuptaq; puella  
excipiant naso, qui Rhinocerotis, iniquo,  
aut risu damnent mysteria sacra docentes,  
vel saxo graviore petant, rumpantq; cerebrum?  
Quos ego: Sed præstat citius pessumdare regnum,  
quàm Papa numen cunctis amittere templis.  
Crastina lux, etiam si fata severa repugnent,  
aut sese totis opponat viribus orbis,  
ingentes cadis tamen aspectabit æceross.

Sat scio, quod Superos non possim flectere votis:  
At tali nunquam cessabo cardine rerum,  
Herculeisq; volans animis Acheronta movebo,  
quicquid & horrendo ex Orco atq; Hecate atq; Erebo ortum est  
concutiam, Eumenidesq; omnes ad regna vocabo.  
Non dabitur forsitan sceleratam excindere gentem,  
atq; immota manent hæc fundamenta furoris,  
quo bibit errores, animosq; ad Tartara trudit!  
Omnia nec possim subvertere templa docentum,  
Queis sonat Husiucis crassissima fabula nugis.  
Esto. Sed ne noster honos infractavè cedat  
gloria magna loco, liceat contendere bello,  
devastare domos, flammis absumere pagos,  
& viduare urbes populis, regniq; rebellis  
majestatem pro meritis affligere damnis.  
Fortè aliquid fiet. Quid fiet fortè? Necessum est  
fiat. In his Casus magno se jactat honore.  
Nulla furor variusq; labor mutabilis ævi  
retrulit in melius, multos alterna revisens  
flexit, & ad Regum nutus fortuna coëgit,  
Vel totas etiam absumpsit cum mœnibus urbes.

Sic ait, at oculi collucent ignibus omnes,  
spuma ruit rabido furibunda loquentis ab ore,  
æstuat & sudat facies, cor palpitat intus.

Nec mora. Tartareos pulsat servissima postes,  
Eumenidesq; vocat, Furiarum & quicquid in Orco est,  
infernoscq; ciet Lemures, quibus impia bella,  
iræq; insidiæq; & facta nefaria cordi.

Adfunt. Tum BELLON A ferox sic vocibus infis :  
nunc opus ardentis armare in bella sorores,  
atq; odus versare domos, nunc fulmina tectis,  
funestasq; inferre faces BOHEMIA priscas  
seponat leges, alios hac tempora mores  
Romaniq; alios Patris indignatio poscunt;  
Vel ruat, & dignus pendat cum sanguine pœnas.

Quare agite adversis mecum concurrere telis,  
frangite compositam pacem, novus imbuat arma  
sanguis, & ut rivus plenis fluat undiq; campis,  
tectaq; Vulcanus pascat, præcordia rumpat  
ensis, & ad tenebras anima indignata recurrat.

Tales conventus celebrent & pacta recondant  
Lutheri egregium genus & fex illa rebellis.  
Qualia quisq; ferit, metat & sibi talia pœnas  
qui meruit, luat, & dirum vomat ore cruorem.

Festinate. Mora quicquid permittitur, illud  
fortunasq; novas & gaudia nostra retardat.

Festinate. Nigri patet undiq; janua Ditis,  
Secur. asq; habitant sedes, & regna BOHEMI.

Sic ait, & jaculum torquens emittit in auræ  
principium noxæ. Comites clamore sequuntur  
horrissono, atq; manum tædis flagrantibus implent,  
diripiuntq; focos, flammæq; per athera jaçant.  
Fit via vi, rumpuntq; aditus, civesq; trucidant  
innumeros, & præfenti loca funere complent.

Pars pueros flentis vel matris ab ubere raptos,  
& pater & mater clamantes, sævis usq; ursoris  
obtruncant ferro, taboq; fluentia membra  
affigunt hastis; Pars matrum pectora rumpunt,  
imbellesq; senes, & nunquam tale merentes  
absument flammis, & iniquo funere mergunt:

At pars virgineo necdum saturata pudore  
fæmineo turpes aspergunt sanguine terras.  
Non pietas movet ulla duces, nec forma, nec etas,  
non genus aut sexus, ferus omnes devorat ensis,  
non secus ac ruptis cum spumeus exiit amnis  
aggeribus, positasq; ejecit gurgite moles,  
fertur in arva furens cumulo, pagosq; per omnes  
cum stabulis pecudes rapit, & citus aequore volvit:  
Sic incensa fremunt inimica pectora stirpis,  
nilq; intentatum vel inanum feruida linguunt.

At verò interior magno BOHEMIA luctu  
impletur, reboant variis ululatibus urbes,  
famîneisq; sonant mæsta plangoribus ades,  
Undiq; sunt perculsi animi, distractaq; Patrum  
pectora, morte magis mortis qua frangit imago,  
mox avus & mater, mox filius unicus, & mox  
filia, mox conjunx oculis se tristibus offert,  
jamq; colos matres & pensa frequentia linguunt,  
& pavida tectis lacrymas duplicantibus errant.  
semianimesq; suos pressant ad pectora natos.

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

Sed

Sed tamen & fessis redit in præcordia virtus,  
arma fremunt omnes, & tectis arma requirunt,  
sævis amor ferri, & compulsæ insania belli.

Mox Dux: Ecquis erit mecum, qui primus in hostes?  
Arma, arma, arma, inquit. Nunquam moriemur inulti.

Sic ait, & subvectus equo sese arduus offert,  
& ruit in medios, socii clamore sequuntur.  
Fit cæneus, pede pes hæret, densq; viro vir,  
flammanesq; ardent patrias defendere terras,  
& potius pulchram per vulnera quarere mortem,  
quam leges sanctas, fasq; omne abrumpere, partem  
& Libertatem tantis amittere damnis.

Hinc sese opponunt & fortia pectora bello,  
ut Pelagi rupes bacchantibus undiq; ventis  
& multis circum circa grassantibus undis  
sese mole tenet, ne quicquam spumea circum  
saxa fremunt, rupes ne quicquam turbine pulsæ  
Africus, & frustra fluctus ad litora volvit.  
Imis illa hæret tenebris, & vertice ad auras  
æthereas tendens reboantia fulmina ridet:  
Sic fortes propria sese virtute BOHEMI  
firmabant, atq; in bellum duce Numine, tum pro  
RELLIGIONE piâ, tum LIBERTATE ruebant.

Rectè, RELIGIO SUPERIS DEBETUR, ET OMNI  
IMPERIO MAIOR COELESTI A FLAMINE PENDET,  
AUREA LIBERTAS PROAVIS DEBETUR & AVO  
QVOD SEQUITUR, CONIUNCTOQ; EST SUB ROBORE TUTA.

Pars induta cævo magna ad certamina ferro  
stipitibus sollerter agunt, sudibusq; præustis,  
arboreosq; ferunt truncos montesq; minantur.  
Pars ferro ancipiti decernunt, utraq; lætè  
horrescit gladius seges, araq; fulgent  
sole læscita, & lucem sub nubila jaçant.

Æra gravant alii plumbis & pulvere, saxaq;  
insuper injiciunt & firmant obice pondus,  
ignesq; apponunt, jurares fulmina calo  
mittere dira Iovem, vastâ Cyclopes in Ætâ  
qualia formabant manibus, sonitumq; metumq;  
miscabant operi, flammisq; sequacibus iras,  
fulgores sic terrificos super athera jaçant,  
ossaq; diffringunt & ad infima Tartara tranant,  
atq; inter sese conjunctis viribus undè  
detrudunt patriis rabidos de finibus hostes.

Arma suo tingunt profuso sanguine multi,  
exploso multi franguntur fulmine, multi  
injectis pereunt saxis, & pondere, multi  
consumpti flammis linguunt cum carne capillos.  
I nunc, insontesq; animis invade superbis,  
& pacem diffringe piam, nec fœdera serva.

Iuppiter intere à terras satis arduus omnes,  
castraq; BELLONÆ aspectat populosq; BOHEMOS.  
Hinc Regni tandem sortem miseratus iniquam,  
concilium vocat in sedes, ubi sidera splendent,

105

110

atq;

atq; diem & vitam praebeant mortalibus agris.  
Adfunt RELIGIO puro circumdata lymbo,  
& cum IUSTITIA tristi PRUDENTIA vultu,  
LIBERTASq; gemens fatum casusq; futuros.

Mollibus in stratis confidunt. Iuppiter inquit:  
Nusquam tanta fides, praeter spem iussaq; nostra  
bella furens BELLONA movet, bella horrida necit,  
disjungitq; animos populorum, & crimine replet  
omnia, devastat Regnum, civesq; trucidat  
innumeros, recalent Bohemica flumina vivo  
sanguine adhuc, campiq; frequentibus ossibus albeni.  
Germanos rerum dominos, gentemq; fidelem,  
vicinosq; locis populos concurrere bello  
abnueram, contra vetitum sed praelia gliscunt.  
Pax revocanda viris, & amica foedera menti  
Auspiciis firmanda bonis, ut publica vincant,  
& privata suo motu qua commoda cedant.  
Sed qua consieri possit ratione quod instat,  
consulite in medium, & tantos componite motus.

Iuppiter hac. MOX RELIGIO suspiria miscet,  
spemq; oculis spondens effundit corde dolorem.  
O pater, inquit, habent magnos haec tempora motus,  
nec dum finis adest, nec dum vestigia cerno,  
qua gratam nobis ostendant certa salutem.  
Templis opprimimur mediis, & dextera panem  
ostentat, lapidesq; anguesq; sinistra ministrat.  
Cernis ut insultent nobis, BELLONA feratur  
per campos insignis equis, & caeca secundo  
Marte ruat, non clausa tegunt iam mentia cives,  
qui verum verbum puris e fontibus haustum  
aure bibunt avida, vaga nec glossata curant,  
CHRISTUM, non Papa consuetum Numen, adorant,  
& sacram celebrant caenam, ceu CHRISTUS IESUS  
instituit, nihil hinc furto rapiuntve feroces,  
sacrilegisve addunt animis. Sunt omnia templis  
integra, sunt CHRISTI doctoris consona verbo.  
Credo etenim, nec vana feror: SUNT DOGMATA CERTA  
BIBLIA QUAE FIRMANTE & AMICO ROBORE COELUM,  
QUAEq; imis praebent solatia fortia nervis,  
ATq; REGUNT DICTIS ANIMOS ET PECTORA MULCENT.  
Hinc ergo cedant hominis quacunq; cerebrum  
fingit, & in Bullis obtrudit somnia Mundo.  
VNA SALUS COELO VENIT, SUNT COETERA NEGAE  
FRADESq; HIC FIDEI QUAE SESE DOGMATA MISCENT:  
Si sine voce tua atq; invito flamine civis  
templa truces adiere, luant peccata, neq; illos  
juveris auxilio: Sin calica verba secuti,  
qua Christus dabat ipse suis, defende penates,  
& certa serosin Religione nepotes.  
Possideant sua templa boni, camposq; patentes,  
sint rerum domini, moderentur & omnia soli,  
inflatiq; habitent aquata palatia caelo.  
Nil super his moveor. Modo sint tranquilla per oras

tem-

tempora, sitq; fides constans, sint foedera firma,  
sit socialis amor, sit isdem mutuus ardor,  
sit licitum propriis, quod tot fecere per annos,  
in templis sacras audire & reddere voces.  
LIBERA RELIGIO EST, NVLLO TORTORE MOVETVR,  
COGITVR IMPERIO NVLLO, NEC FVSTE DOMATVR.

Heu me quid volui, cur alta silentia cogor  
rumperè, & obductos verbis renovare dolores?  
Obstruit Ira fores templorum, destruit aras,  
carceris insontesq; viros detrudit ad umbras,  
innocuosq; petit magnas de sanguine penas,  
circumstatq; odiis ades, mortemq; minatur,  
non secus ac timido lupus insidiatus ovili,  
infremit ad caulas, atq; asper & improbus ira  
savit in absentes, scelerata fatigat edendi  
ex longo rabies, & sicca sanguine fauces:  
Sic illi pro more domos & recta tuenti  
ignescunt Furia, & longum dolor ossibus ardet.  
Auxiliatrices tam magna pericula dextras,  
consiliumq; bonum praesentia tempora poscunt.  
Ni venient, mox intentabunt omnia mortem,  
& Regnum proceresq; omnes velut agmine facto  
eruerè inter se certabunt: concidet ingens  
gloria, nec noscent post secula secuta BOHEMOS.

Quare, sancte Pater, quantum in superba feroci  
exuperat fastu, tanto te impensius equum est  
consulere, atq; omnes pressorum expendere casus.

Auxilium propriis non hic nasceretur in agris.  
REX aliunde vocandus erit, qui Numina firmes,  
deponat seculi ferrum, pacemq; reducat.  
REX FRIDERICVS erit, genus immortale Deorum.  
Ille PALATINUS patriis ELECTOR in oris,  
egregius dudum notus virtutibus Heros.

O salve FRIDERICE, decus praesentius aevi,  
o salve, oblatosq; (monet sic tempus) honores,  
aggredere, & misero tandem succurre labori,  
exitus o pone modum, finemq; dolori.

Sic ait, & lato vultum sermone serenat.  
IUSTITIA in solio juxta propiore sedebat,  
multa putans animo casus volvebat iniquos.  
Mox sic orsa refert: Nova vis contraria poscit  
consilia, & contra robur se robora firmant,  
bacchantesq; omnes remouent, Phlegetonq; rumpunt.  
Sic docuit Natura suos, & cornua tauris  
& dentes canibus, rigidosq; leonibus ungues,  
quin apibus stimulos, virius serpentibus atrum  
addit, & insuleus contra praecordia munit.

Scilicet ut summas teneant jubeantq; per oras,  
desertosq; premant populos, & munere vendant  
jusq; piumq; suo figant precio, atq; resigant.  
sint civis: Regnum & calum venale DEVSq;  
Interea fortes anima defertaq; turba  
sternantur campis, ludant incendia rectis,

B

stupren-

stuprentur vidua & pereunte pudore puella,  
ante oculos atq; ora patrum cadat hostia natus,  
& matrum nata fœdentur funere vultus?

Non ita. Cuncta sinunt sese defendere jura,  
fortiaq; adversis opponere pectora monstris,  
Vulcanum tectis removere, fugare Mageras,  
suffocare sinu BELLONAM, & vertere fundo,  
Quicquid in imperium Farius comitantibus acta  
spargunt Eumenides, pacemq; reducere terris,  
justitiamq; inferre foro firmare Quirites  
praesidio, & solidis circumdare manibus urbes.  
Si precibus verbisq; queunt componere motus,  
atq; suis civis bella hac avertere campis,  
Illasq; Patrum tui defendere Leges,  
moresq; antiquos, & amicis degere tectis  
hoc quicquid vita est, coeant in fœdera dextra,  
dic, pacemq; colant qui splendida munera pacis  
praeg, auro gemmisq; ferunt, atq; otia poscunt,  
qua Regni fundent postes, & publica quarant  
commoda, non odium certent, non improba singant  
corda dolos, volvantq; aliud sub pectore, dicant  
ore aliud, merito hac deformia monstra Gehennae,  
ipse pater Pluton odit, fugiuntq; sorores.  
Sin minus, ut sublata omnis spes agrae labascit,  
inq; dies crescit vulnus, nec praelia cessant,  
nec PROCERES clausa possunt defendere porta,  
fiat, quod justum est, fiat, quod publica monstrat  
utilitas, Regniq; salus tunc ultima vires  
sola habeat. Qui non pugnat pro robore Regni,  
est contra Regnum, vincat pax aurea, vincat  
Posteritas, vincat patria pereuntis imago,  
& tristis facies. Vincant hac busta parentum:  
majorumq; anima qua fuso sanguine natis  
hanc patriam peperere suo. Nil restat in oris,  
unde quies possit laesis optata reduci.

EXTREMOS EXTREMA DECENT SOLATIA CASUS.

Sit REX ELECTOR FRIDERICUS, & ampla capeffat  
sceptra, genusq; suum priscis jam Regibus aquet,  
qui dignis olim rexere favoribus orbem,  
jusq; patrumq; bonâ populis sub pace dederunt.  
Tum verò genibus flexis hac insuper addit:

O salve, FRIDERICE, decus stellantis Olympi,  
Imperiiq; jubar Romani nobile, salve,  
ò salve, rebusq; veni non asper egenis.  
Nusquam aberit DENS, aut VERBUM, quod lamina sancto  
collustrans mentem, gressus moderabitur equos,  
atq; tuum disponet iter, quo caepa triumphent,  
omnia, quo PACI dulcissimus oscula figat  
PHOEBUS, & in templis soliti repetantur honores.

Dixerat. At longum PRUDENTIA docta per usum  
surgit, & hac placido dictis mox subjicit ore:

Rem nulli obscuram aut lachrymis aut voce carentem  
urges sancte Pater, quae sit fortuna locorum,

Regna-

Regnaq; quâ rerum jaceant percussa ruinâ  
quasq; minas BELLONA ferat, quam territet urbes,  
interitumq; paret supremâ clade BOHEMIS,  
ante oculos interq; manus sunt omnia nostras.  
Sed quibus hac mediis sanentur vulnera tandem  
hoc opus, hic labor est. Pauci, quos Numina dextris  
aspiciunt oculis, nec tam citò limina fluctus  
amovere suos tempestatesve furentes,  
quam facile atollunt venti, terrasq; polumq;  
& mare confundunt rapidi, verruntq; per auras.  
Principiis obstare leve est, medicina paratur  
serius, in fibriscum jam contagia regnant,  
& vita fontem comedunt imasq; medullas.

Auguriis incerta feror, nec singula nutu  
semper fata fovent, qua Mens elegit, & inter  
consilia exactos operosa probavit ad unguis.

SÆPE BONOS HABET EVENTUS MUTATIO RERUM NÂ,

SÆPE MALOS HABET EVENTUS MUTATIO RERUM NÂ.

imprimis tristem si necitant astra cathenam,  
influxuq; gravent tacito, & fat alia currant  
exitia, & culpas numerent, quibus antè per annos  
sunt lesi Superi. Manet altâ mente repostum  
commissum crimen, seraq; piacula visa.

Hac me discrutiant & mentem turbida pulsant,  
nox operit quoties terras humentibus umbris,  
& quoties veniente die cita sidera surgunt.

NIL FATIS OBSTARE POTEST, NIL FLECTERE OPENAS,

QVAS MERHERE SUA NOCUI CUM PROLE PARENTES.

Sed majora movent, animamq; ad vestra reducant  
anguria, & justas ponunt longo ordine causas.  
Cedamus, monitiq; malis meliora sequamur.

Rebus in extremis nunc haerent omnia, languent  
omnia, nec Medicum qui tot discrimina tollat,  
vulneribusve oleum infundat vel mollia factis  
jungat verba bonis, fors hac angusta ministrat.  
Bohemâq; labant siue spe sine robore gentes.

Indignum. Fremitu percompita regnat Erinnyis,  
sacrilegisq; nocet per templa per atria linguis,  
insontesq; animas ad Tartara trudere tentat.

O DEUS, ò tantos terris averte tumultus.  
Avertes, votis si quid Pater alma moveris,  
Imperiumq; juvas, & iniquos ejicis hostes.

Stat firmata dis nostrae senentia menti,  
& CAUSAE vincat BONITAS & grande periculum,  
quod monet angustis solamina quarere rebus,  
& conculcatis tandem succurrere Regnis.

Hoc ò Fata velint. Veniat FRIDERICUS is ultior,  
& Medicus, veniat rebus solamen in arctis,  
restituatq; suis tanto in discrimine pacem.

Nulla salus unquam tanto speranda periclo est.  
Rege novo veluti florente sub arbore crescet  
pax nova, proventusq; novi dulcissimus avi,  
infima ceu duplices inter viburna cupressi.

B 2

Hoc

Hoc uoveo. Multos vivas, FRIDERICE, per annos,  
agnoscasq; animum, quo te poscentibus astris  
expectant avidi venturum, & pectora pandunt.  
O utinam posses oculos in pectora fixo  
inferere intuitu, & suspiria cernere, totum  
te solum poteris BOHEMIS credere natum,  
igniculosq; intus deprendere cantus amoris,  
quo te BOHEMIS iterum Natura ligavit.

Sit felix vinculum, sint felicissima vota,  
qua noster fundit gratanti ex corde Senatus.

Dixerat. Ast imo LIBERTAS pectore voces  
rumpit, & ingenti gemitu suspiria miscet.

Quid nunc concilium, demum quid cogimus? Hostis  
obsidet en muros, & inundant sanguine fossae,  
Iam decuit factum quod consultamus, & ante  
mitti Oratores nobis qua nuntia portent  
lata magis pressis, tantisq; accommoda damnis.

Ille PALATINUS tristes ELECTOR adoras  
ducatur primum, nihil illo triste recepto,  
mittamus P. oceres eborisq; aurig; talenta,  
& sellam Regni sceptrumq; insignia Regis.  
Nulla salus regno, ni mox FRIDERICUS in illas  
accipiat gentes animum mentemq; benignam,  
presentiq; manu Regni dispendia tollat.

Bellum importunum validâ cum gente gerendum est.  
Esto. Sed Patria dulcissima jura merentur  
Libertasq; armis Patrum defensa tot annos,  
& veteres scripta proavorum sanguine Leges,  
Caesareisq; animis concessa indulta RUDOLPHI  
MATTHIÆq; Fidesq; diu, qua debita natis  
natorum, & quondam qui post nascentur ab illis.

Miles atrox mox Hispanis mittetur ab Oris,  
Miles saepe cruentatis expertus in armis,  
miles dira fremens atq; ignes naribus efflans,  
impastus st abula alta ursus ceu saepe per agrat  
vestigatq; cibos latè, cum forte fugacem  
conspexit capream, aut fugientem in montibus aprum  
gaudet hians immane, gulamq; arrexit, & audax  
visceribus super incumbit, lavit improba teter  
Ora cruor, rabidos deturpant viscera dentes:  
Sic ruit Hispanus miles crudelis in hostes.

Esto. Sed veniet Leo mox, mandatiq; trahetq;  
ursum indignantem, & pelles mox dividet inter  
victores populos, laniataq; viscera ferro  
alutibus linquet rapidis atq; ignibus ungues.

Quinetiam Hispanus nostro de vulnere sanguis  
effluit, atq; manus didicere movere BOHEMI  
GERMANIQ; globosq; queunt emittere clausos,  
ferratosq; gerunt enses, & spicula librant,  
magna quibus rumpunt intus prae cordia, & unâ  
vocem animamq; premunt trajecto gutture. At illi  
indignante vomunt effusos ore cruores.

Belgica castra vide, sunt corpora sparsa per agros,

campiq; ingentes Hispanis osibus albent.

Non erit auxilio Polonus & acer Iberus?

At FRIDERICUS erit, cui se mox HUNGARUS addet,  
& TRANSILVANUS Dux imperterritus, ultrò  
Germanisq; favens, & virtus MARCHICA ab oris  
Brandenburgiaci, & qui sua fœdera firmâ  
univere fide, notusq; ad sidera bello  
Ascaniâ de gente satius CHRISTIANUS, & armis  
excellens, & Marte potens, Moraviq; parati  
fidens pro Patriâ caput obiectare periclo.

IOHANNESq; GEORGIVS is fortissimus Heros  
Brandenburgiaca sidus pre-nobile stirpis,  
quem conjurati multâ comitante catervâ  
SILESI misere ducem, LUSATIAS & ipse  
addet equos peditesq; suos atq; agmina junget.  
Est & THURNIACA Comitum de stirpe potentum  
HENRICH - MATTHIAS forti cum pectore promptus  
ire animis contra vel magnum praestet Achillem.

Est MANSFELDIACA prognatus sanguine terror  
atq; horror Marti vel formidabilis ipsi,  
ERNESTUS, dotes & facta imitatus avorum.  
Sunt & opes nobis & adhuc delecta juvenus  
flos juvenum virtusq; virum, quos justus in hostem  
fert dolor, horrendisq; animis exasperat ausis.

Vincat amor patria, sit Libertatis imago  
ante oculos, nec degeneres in limine primo  
succumbamus, habent certos sua tempora manes.  
mutatoq; die praesentia Numina cernunt.

NON TIMIDAE MENTES UNQUAM STATUERE TROPHÆA:

Fulmina Pontificis cum toto Acheronte minantur,

Esto. Hodie nostros frigentq; jacentq; per agros  
fulmina, qua cacâ mittit Dictator ab arce.  
Per se vana labant, vana est sine viribus ira.  
Rident hac pueri veluti crepitacula, rident,  
cum senibus matres dudum meliora secuta,  
& tantum Roma curant fera fulmina, quantum  
aut numerum lupus, aut torrentia flumina rapet.

Insidias interna struens turbabit Alecto  
consilia, & varia tam Religionis honores  
disjunctent animos, nec ad unum deniq; finem  
quisitum tendet medium, nec jurgia tollet.

Esto. Sed DEUS hac clemens moderabitur orsa,  
pro misera patriâ illa, qua pectore pugnant,  
respicietq; fidem nostram, qua debita Regno  
praesentes exposcit opes & damna volutat,  
conjungetq; animos, ut sit pro fœdere sancto  
omnibus una salus, unum & commune periculum:  
Si quas rasa cohors Monachi Clerusq; Papalis,  
aut Iesuwitica pragnantes crimine Sphinges  
miscébunt Furias, mox compescantur in herbis;  
Aut, si non tanto cessabunt cardine rerum,  
ausi omnes immane nefas, ceu nomina mille  
mille nocendi artes facundum crimine pectus;

insillat, noxas contra omnia jura pudendas,  
praeipites mox extremos mittantur ad Indos  
ut discant, pro more sinu quod nobile regnum  
evomat ingratos & poplite conterat angues,  
aut altis etiam deturber saepe fenestris,  
qui Patriae pacem frangunt, & foedera rumpunt.

Talibus orabat LIBERTAS. IVPPITER addit:

Si sedet omnino talis sententia menti,  
nec possunt aliter PROCERES componere motus;  
Sed placet, & fas est terris accersere Regem,  
qui pacem promittit ovans FRIDERICVS amicam.  
Annuo. Magna viri virtus mihi maxima spondet:  
Indiciq; boni vires & prompta voluntas,  
& perspectus amor, quo vix clementior ullus  
prosequitur cives, nec iniquis prae gravat ausis.

Hoc unum moneo: Vestris PAX mœnibus intus  
firmetur prius, & capiat discordia finem.

Si mens pugnandi est, non longè scilicet hostes  
quarendi fuerint, circumstant undiq; muros,  
advenietq; novum pugna (ne accersite) tempus,  
tum certare odiis, tum pellere finibus hostes,  
atq; inflare tubas, Martemq; lacessere fas sit:  
Nunc positus odiis concordis vivite tectis,  
juratisq; animis placidum componite foedus.

INNCTA VALENT, DISINNCTA LABANT, SEQ; HOSTIBUS IPSIS  
EXPONUNT MISERÈ, ET DAMNUM RISUMq; MERENTUR.

Hic finis fandi. Tum mox Cyllenius arce  
mittitur aethera qui nuntia certa reportet,  
BOHEMISq; DEVM conclusa oracula pandat.  
Illi astant avidi & pendent narrantis ab ore.  
Tum secum: Patrii, quorum sub numine Regnum est,  
ò DI, non omnes cives delere penates,  
cum tales animo Superum, & tam certa tulisset  
nuntia, praesentes firmate hac omina factis,

Ergò Oratores centum de gente Bohemâ,  
conjunctisq; locis Ciceronis ab arte disertos  
ire placet, Regemq; suis accersere regnis,  
& priscos firmare Lares, firmare Quirites,  
& tantis tandem curis imponere finem.

Nec mora: Succedant tectis SACHSWALDIA tutos  
ingressus promittit ubi venientibus ultro.

Postquam intramissi, & coram data copia fandi,  
Tunc illi: O propriis virtutibus inclate dudum,  
ELECTOR, patriæq; Pater, spesq; aqua relictis,  
ad te confugimus, ne votis subtrahere vultus,  
averfis nec temne animis, qua poscimus omnes.  
Invasit furibunda acris BELLONA tumultu  
castra Bohemorum, non hic commercia belli,  
non pietas sperata viris, non pristina virtus,  
non promissa fides, non quicquam foedera prosunt.  
Omnia devastant flammis, non mœnia cives  
clausa tegunt, intra portas jam praelia miscunt,  
praesentemq; locis intentant omnia cladem.

Quin

Quin nec Religio multos firmata per annos  
Casareisq; indulta libris dextrâq; notata,  
persistit tranquilla locis. Hic cardine moto  
templa ruunt, illic clauduntur, & undiq; sacris  
squalet honos aris, capiuntur vera docentes,  
carceribusq; malis inclusi morte necantur.  
Patria Libertas alienis vinceta cathenis,  
obteritur pedibus, ferroq; & vi geritur res.  
Et ni quis natus nostris ex ossibus ultor,  
opposuisset ovans fortissima pectora bello,  
funditus everso deslerent funera Regno,  
ferratas PROCERUM portarent colla cathenas,  
ancillasq; inter servitum matribus irent  
matrona stirpis generoso è sanguine nata.  
DI dignas capiti pœnas generiq; reservent.  
Omnis in angustiis nostrorum vita coacta est  
supplicis, validiq; instant cervicibus enses.  
Nec spes ulla fugam, nec sinem sana ministrant  
consilia, aut aliis audent promittere pacem  
augurii, quam si Rex accersatur adoras,  
& FRIDERICE, tua jam sceptrâ BOHEMICA Regni  
dedantur fidei, foretum, sic volvere fatum,  
ut sese jungant Superi, & mox ferreus Ordo  
desinat, & totis surgat pax aurea terris,  
& jam depressos solvat formidine cives,  
pacatisq; virum se tollat gloria rebus.

Quare age tu, cuius fortuna faventibus annis  
indulget, Geniisq; animis, quem Numina poscant,  
unanimesq; petunt Proceres, civesq; sequaces,  
O FRIDERICE, fave, & praesentibus annis captis,  
desertasq; vide sperato lumine terras.

Hoc nuper scripto petiere pericula, nunc &  
hoc iterum coram petimus. TIBI dedita Regna  
se se submitunt, TIBI (ubdita pectora spondent,  
devotosq; animos, mox argumenta videbis,  
& sibi vel vivos optent, Styx ima dehiscat,  
Vel Deus iratus truat se fulmine ad umbras,  
urentes umbras Erebi, pœnasq; profundas,  
anè, Fides quam te violent, aut jura resolvant.

Sic ajunt, oculosq; viri per singula volvunt,  
miranturq; genas, & blandi numina vultus.

ELECTOR dudum perpensis omnibus, insit:  
Offertis nobis Regnum, monumenta favoris  
promptiq; affectus sunt hac, DEUS optimus ausis  
præmia digna ferat, nec nos meminisse pigebit,  
nec gratas iterum factis ostendere menses.  
Offertis Regnum, quod clari Marte BOHEMI  
viciniq; colunt. Sunt multa pondere causa,  
sunt casus, animos qui vero examine nostros  
in partes rapiunt varias, perq; omnia versant,  
dissuadentq; manu turbata capeßere Regna:  
Sed DEUS & melior vicit sententia, vicit  
Mens agnatorum, vicit fors pressa locorum,

Vicit




Vicit conspectus vester, votumq; fidele.  
Accipio sceptrum, Iovæ bene fretus amore  
firmatq; fide vobis jam spondeo: Nunquam  
publica difficilem patientur commoda cladem,  
numquam priva cadent per me compendia, nunquam  
Libertas, Leges vel parva indulta gemiscunt.  
Defendam, Regum ceu munia fixa reposcunt,  
indulsi qua Ius qua Consuetudo venisti.

At vos ô memores presentes vol vite casus,  
conspirare omnes, firmum componite fœdus,  
concordesq; animis Regi vos jungite vestro.  
Sic DEVS auxilium supero demittet Olympo,  
firmabitq; thronum fulcris, & pectora nectet.  
Dixerat. At illi rebus sic rite peractis  
discedant lati, referuntq; hac nuntia Regno,  
anistiq; locis. Tam gaudia concipit et her,  
clamorq; canunt vales, montesq; resultant,  
spiritus & virtus redit in præcordia pressis,  
tamq; vident oculis ipsum, jam somnia Regis  
effigiem versant iterum, jam nocte saluant.

Tum vero Regnum templis indicit honores,  
& canit ante Deo laudes, celebratq; IEHOVAM,  
qui tantis paret auspiciis succurrere rebus,  
& firmare domos, pacemq; redusere campis,  
expectatq; avidè Regem, quodq; expetit usus,  
expedit, & fati sese melioribus offert,  
Sæpius atq; operi suspiria talia miscet:  
Eja veni, REX magne veni, FRIDERICE, tuosq;  
exhilara, tristesq; meos & fulmina pelle,  
astonitisq; redue veniens solatia curis.

Eja veni, REX magne veni, Te Iovæ benignus  
ducat, & incolumem longè ad majora referret.  
FIET, LEGITIMOS NON AVERSATUR HONORES,  
SED, QVÆ SCEPTRA DEDIT, DEVS IPSO NUMINE FULCIT.

DIXI.



25177  
36

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO

7.

DN<sup>o</sup>. FRIDERICO,  
REGI BOHEMIÆ, COMITI PALATINO  
RHENI, S. R. I. ELECTORI, DUCI BAVARIÆ,  
MARCHIONI MORAVIÆ, DUCI SILESIÆ ET LVCEM-  
BURGI, MARCHIONI LUSATIÆ, &c.

Principi Sapientissimo, Fortissimo, Clementissimo.

Cum Vratislaviam Metropolin, ad Homagium, à Ducibus & Statibus  
Silesiæ, suscipiendum, die 23. Febr. Anno 1620. feliciter ingrederetur. Et per Arcum Thro-  
numque Triumphalem, ipsius Majestati à S. P. Q. W. erectum, illustrissimo co-  
mitatu, magnificè incederet.

Elegia Gratulatoria, ad eiusdem Arcus Emblemata alludens.



Mnes FRIDRICUM, Pace Te poscimus omnes,  
REX FRIDERICUS adeit, PAX comitetur ovans,  
PAX Martem; Patria superet, REX Inclutus, hostes!  
Subiectosq; pia Relligione bect.  
GLORIA sic Regem, Fidei constantia Pacem  
Excipiat! juncto & fœdere, firmet Amor!

PROVIDA CURA DEI Sceptrum SAPIENTIA Facies  
Unitos, summo Regis honore regat!

Viq; suum Regi Spectum PRUDENTIA, monstrat,  
Sic videat Præsens, Facta, Futura legat!

IPSA FIDES, Regis Procerumq; fidelia corda  
Spondeat! & Populis jungat amore suis!

Excubet Aligerum: moduletur Turma Sororum!  
Copiæ & adfundat cornua, dextra Dei!

VI Nomen, sic Re, Laurum, Diademaq; Regi  
PAX ceru tribuat! FAMAG, in orbe canat!

O FRIDERICE, canat, VIVAS ELECTOR, & olim  
VIVE TER ELECTE; & REX PIE VIVE, canat!

Ter resonabit idem, studio Patria ista, fideli.

Marteq; prostrato, PAX resonabit idem.

Evigilent fortes, nondum Pax tuta, Leones,  
E latebris vulpes erugiantq; cati!

Ei vincant fortes; sedeat Pax tuta, Leones!

Insidiis vulpes, nec magè vexet, oves!

Sic sub vite sua, palma, quiescere, parat,

Tam Leo, quam poterit, cum cane, mitis ovis.

Fertilitas quovis sic Anni tempore, fruges,  
Produces largo fœnore facta, novas.

Et Rosa non - inter - spinas, ubi læta virescit,  
Max jubare exorto, sceptræ, corona, vigent.

Gaudebunt Superi; Leo faeces ungvibus usque  
Muniet infractos, Dextraque Quinque virum.

Regio & hæc inter REX progredietur honore,  
PAX dabit, ut summo, jubila clara, throno.

Hinc quoq; Te, pro Rege, DEVM laudamus in ævum,  
Accinet in sacris, Patria læta, locis;

Atq; iterum magno statu as molimine ponet;

Ad loca sacra - DEO, grande nitabit opus;

Iustitiâ atque Fide stabili, cum basi jungent,

Ad caput imperii, Corcula quina, sacri;

Dispersis ovibus dederit, Deus optimus, unum

Pastorem, & verbi, pabula sana, sui;

Talia scela Novo, dicens, citò currite, Regi;

Et vera & stabili nutriat omne Fide.

Aggredere ô tantos, ADERIT DEMS IPSE, labores,  
CLARA DEMS SOBOLES, RELLIGIONIS HONOS.  
Perq; nives animus, perq; horrida frigora, præsens  
Sic tibi: Ad altra, obstant aspera, perge viam!  
Ardua virtutis via. Sic LEO candidus extat  
Campo sanguineo, coerulea signa petens,  
Detecto capite, ô Clemens Rex, Ipse salutas:  
Te quis aperto iisdem non magè corde colat?  
Adspice, convexo labentem climate portæ  
Aligerum, & secum qualia dona ferat:  
Adspice, ad intuitum, latentur ut omnia, Regis,  
Et MAIESTATEM genua flexa colant.  
Qua fuit Hospitium multis jam Regibus olim,  
En domus, excelas, innovat, ampla, fores.  
Ingredere, & DEUS hic Cæsarq; habitavit in umbris,  
Nunc & in excubias it tibi sacra cohors.  
O quoq; tam longa, maneat tibi portio, vite,  
Spiritus & sat erit, quantum ea facta cani.  
Te non Augustus, non vincet Carolus ullus,  
Pomum Pyramides ceu super, aspra petes.  
Accipe REX, Procerum dextris constantia corda,  
Germanam inq; fidem, suscipe jura Gregis.  
Accipe, Pastores, quæ, cum grege, subdita vora,  
Ad IOVAM, ardenti pectore & ore, ferunt.  
Accipe sollicitis, quæ SLESIA tota, ministrat  
Curis, Quæ studio, BRESLA paratq; pio.  
Omnes in Regni Tutelam, suscipe, MAGNE  
REX, suberitq; lubens sic Tibi liber equus.  
LEGIBUS ANTIQVIS, LIBERTAS, VERA NITESCANT!  
MORIBUS ANTIQVIS, STENT DATA REGNA, BONIS.  
Nubibus expulsis, hoc & splendore reducto,  
IN TWTO REGIS SIT POPULIQ; SALUS!  
OMNIBUS ô DEUS, HANC REGIS POPULIQ; SALUTEM,  
ÆTERNUM SERVES, GLORIA TOTA TVA EST.

Humilimæ Subjectiois, & des  
votissimæ gratulationis  
ergo conscripta

Thomâ Schrocero J. U. C.  
Curiz Vratisl. Advocato Ordin.